



In gratulationem, laudem & honorem  
Reverendi, longè Clarissimi & Doctissimi Viri

# DN. JOHANNIS ARNDT.

Pastoris Cellensis vigilantissimi, in inclyto verè  
*ἄριστον καὶ ἁγιότατον* Fratrum Germanorum Reve-  
rendissimorum & Illustrissimorum, Ducum Brunsvicen-  
sium & Lunenburgensium Ducatu, Superattendenti Generalis & Scholæ  
in inclyta Cella Ephorici laudatissimi, in Dei *παραστάτη καὶ ἡγεμονίᾳ*  
honorem & gloriam, & singulare proximi emolumentum, san-  
ctum DAVIDIS Psalterium, summâ curâ & studio  
enucleatum, publici juris  
facientis

## EPIGRAMMATA.

**I.**  
Cum qui SCRIPTA legunt Tua, Te mirentur  
& INTE

Quàm consummatam mente PHRONESIN alis:  
Qvid faciant, qui TE vi divitis ubere LINGVÆ  
Auscultant resonò SACRA DOCERE choro?  
Qvid qui FACTA vident correspondentiā DICTIS?  
Qvid, quod VITA STYLO consonat acta tuo?  
SCRIBIS, DICIS, AGIS, TIBI sunt Eadem omnia:  
Scribis

Digna legi, scribi Digna doces & agis.  
SCRIPTA probant doctum, Christianum FACTA,  
Disertum

LINGVA, VIRUM, paucis, hæc tria juncta, BO-  
NUM.

Perge dehinc TUUS & quod ES, ESSE merebere fa-  
Qvalem, qui SAPIENS creditur esse, meret.

*Benevol. ergò Calend. Martii*

Anno 1616. fac.  
Theodoricus Behr.

### II.

**S**iquis ab antiquo Davidis tempore Regis  
Expliuit Psalmos dexteritate sacros.  
Si quis & extremum Psalmos repetivit ad unguem,  
Et docuit populum sedulus inde pium.  
Si quis Psalmorum mentes recreavit odore,  
Nobile Christicolis nectâr & inde dedit.  
Si quis per Psalmos caelestem præbuit escam,  
Et veram lucum mollificando crucem,  
Si quis ad æternam mortalia deniq; vitam  
Pectora per Psalmos traxit amore Dei.  
Inter eos ardens Johannes Hesperus Arndes  
Ingenio, eloquio, judicioq; micat.  
Id quod hic insigni fructu liber undiq; plenus  
In verâ fidei cognitione probat.  
Ergò quisquis eris, qui talia perspicis, ô sit  
Hoc tibi thesaurus candidè Lector opus!  
Experire tuis mirè solatia rebus,  
Atq; feres animi gaudia mille tui.  
Tu lege, tu relege hæc modò, tu meditare frequenter,  
Auctori grates atq; decenter age.  
Vivat hic & vigeat tanto pro munere Psalter,  
Johannes Arndes, vivat hic & vigeat!  
Floreat & vireat tanto pro munere Psalter,  
Johannes Arndes floreat & vireat!  
Mysticus hic Aquila ex Psalmis mysteria pandens  
O vivat, vigeat, floreat & vireat!

F. Hausman.

### III.

**E**nthè ab igne sacri succensus Flaminis, olim  
Ilâides Psalmos, nobile opus, cecinit.  
Cinnama qui fragrant mœstis! qui balsama rorant  
Pressis! qui spirant, sub cruce aromata piis.  
Unde tot exorti latices solaminum amœni,  
Queis postliminiò mortis evant animæ.

Divinum illud opus, quod Hebræo fonte iuperbis,  
Ornavit variis lingua latina metris.

Quæ Venusinam sapiunt splendore medullam!

Vergilii & redolent in phrasibus Genium!

Queis non inferior Germana est versio, abundans

Verbis & gnomis flexanimaq; vephrasi.

Hanc dum doctrinæ cumulò, & solaminum acervò

Explicat ARNDT, hujus seculi in invidiam.

Aureum opus, satias reprobi quod merlerat ævi.

ARNDT, Jovis instar avis, luminat & renovat.

Scilicet ad limam peregrinæ sensa loqvæ

Judicii exacti ponere, & exprimere,

Divini est operis: Quo Jovæ avis una triumphat,

Concilians tamæ gloriam & invidiam.

**2.** Alceum uti quondam Rhodopes aqvila acere vectum

In regis misit Niligenæ gremium:

Cognitò & hinc Rhodopes sibi rex vestigiò, eandem

Reginam & thalami constituit sociam:

Enthei ita Antiltes aviarii in orbe tacentem

Isaidis tollens Barbyton, intonuit.

Audito, stupuere omnes, illamq; vocarunt

Adflicti cordis in cruce, lætitiâ.

**3.** Coelesti Isaides Psalmos ubi vidit in aulâ,

Quos ARNDT doctrinis auxit, & explicuit,

Admirans dixit: Qvisnam de stirpe Japheti

Illustrem terris hanc AQVILAM genuit &

Quæ simili superis acie sensu intima scrutans

PSALMORUM: hinc legit Nectâr, & Ambrosiam.

Queis homines pastri terrenâ in sede, morantur

Tædia nulla crucis! Tormina nulla necis!

O antistitium monumenti nobilis, ex quò

Cognita subtilis est acies AQVILÆ!

Vivat, & in senio mentis revalescat acutæ

Spiritus atq; homines transferat ad Superos!

*Debitæ testandæ observantiæ*

L. M. Q.

Gultsovi in agro Saxonie inferioris

deproperabam

Joan. Burmeisterus, Lunæburg.

P. L. Cœf.

### IV.

Reverendus, Clarissimus & Excellentissimus Vir,  
Dominus

JOHANNES ARNDT,

GENERALIS SUPERINTENDENS LUNÆBURGICUS.

*ἀναρχαυμαλίδης,*

BIS VERNANS IN RE GRATIA, ANNE LUCET

LONGIUS EDERA & SUSPENDE.

**S**te est: Diversi studia ad diversa seruntur:

Nec ratio sensus una duobus inest.

Evomit hic animam rabidi sub numine Martii

Exituq; viam gestit inire sui.

Ille togam, placide venatis signa quietis,

Castalii doctas fluminis haurit aquas.

Ille suum sterili terra sub parte talentum,

Exonerat, patria pondus inerme sua:

Persequiturq; vagi vanissima gaudia mundi,

Et curam sædi non nisi ventris habet.

Quem sacra regie divini Flaminis aura,

Affectus sursum dirigit ille suos.

Et desiderio sublimia anhelat anhelò,

Rimaturq; aditus, quæ data porta, poli.

Exemplo, Jane, es Sophia & Jovis inclute Mystra,

Theiologosq; inter lux & ocello bonos;

Dadala quem facilis sublimen gratia lingvæ,

Omnigenaq; vehit cognitionis opus;

Qui parvi replicas mysteria maxima MUNDI,

Quamq; ea sint AGNO congrua, mente capis:

Pectora quin etiam divini adspergine verbi

Erigu, & Christo plurima luca paris.

Mens stupet, ora rigent, quoties te cerno tonantem;

Namq; sub Eloquio flumine fulmen habes.

Utq; tu migret vis latius illa talenti,

Christicolamq; omnis grex tua dona bibat;

b 4

Per-